



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Hoc semen Christus est, quid me mouit huius articuli ratione credere iamq; duo aut tria dicta allegata sunt. Ultra habemus Esa. xliij. cap. ibi deus per prophetam inquit. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Habemusq; nos in nostra sancta Christiana fide decimum articulum sic sonantem. Carnis resurrectionem & uitam æternam. Rogamusq; in sancto pater noster pro dimissione debitorum, & Matth. vi. ait Christus. Si dimiseritis hominibus peccata sua, dimittet & uobis patet cœlestis peccata uestra. Nunc proximo ostendi, quomodo rogare uolumus, dubitare non debemus, sed in fide petere & fiet nobis quod petimus. Gratosi dilecti dñi eiusmodi lucidis & claris dictis & uerbis dei adhibeo ego simplex fidem, sciens quæ deus promittit, quia illa faciet. Et quomodo in scripturis nullum expressum & clarum dictum inuenio nos post hanc uitam primum poenitere, satis facere pro peccatis nostris &c. mihi licere non uideo (& si alii qua dicta apparentia sint & obscura) cum illis clara uerba & dicta dei obtenebrare. Ideoque & simpliciter maneo apud clarissimum uerbum, in nomine domini, semper petens doceri & dirigi, ineptias enim meas bene cognosco.

D. ECKIVS.

Hellus ostendere deberet quo fundamento nixus tam firmiter uole Christianum usum & ordinationem dereliquisset, & purgatorium negasset, quomodo eum totum scripturis uacuum auditis & indoctum, duo enim dicta adportat Pater noster, & credo de peccatorum remissione. Num & hæc stultitia est & intoleranda temeritas in sacerdote tam indisposito, qualem se met ipse fateat tota ecclesia credit peccatorum remissionem. Nam si peccatorum non esset remissio, neque esset purgatorium. Ideoque & dicta illa pro purgatorio sunt & non contra, si scolas uisitasset diligentius, in peccato duo esse didicisset, unum culpa quam tollit poenitentia, alterum poena quam tollit per sacramentum satisfactionis, satisfationis hic uel in purgatorio. Et hoc ut ita sit, lege ij. Reg.

CONCLUSIO QVINTA.

ij. Reg. xij. Quum enim Dauid peccauerat, remissa quidem fuit culpa, nihilominus tamen propheta dicebat, deus peccata tua in alios transtulit, *translatio non est in culpa, sicut deus per Ezechielem ait. Filius non portabit iniquitatē patris &c.* Ideoq; & peccator; translatio intelligi debet in pœnam, sicut peccati ratione oportuit mori filiū Dauid. Bonus ille dominus cellus iactanter inducit dicta illa esse clara, uerum dico clara esse de peccator; remissione, sed ex toto nihil cōtra purgatorium deseruiunt, & oportet malā esse obstinatā in Hesse, quia dicit nullū esse clarū dictū de purgatorio, legat ipse pri. ad Corinth. iij. Si cuius opus arserit, detrimentū patiet, ipse aut saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Nunc aut nemo saluus erit per ignem infernalem. Ideoq; & hæc clara uerba intelligi oportet de purgatorio. Aliud clarum dictū ipse crebro legit quādo sacerdos adhuc erat ij. lib. Mach. iij. cap. Quādo Machabæus offerri fecit Hierosolymis pro illis qui in bello ceciderant, & sequit. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluant, eos qui apud inferos sunt non iuuat, hī uero qui in celo sunt non egent. Ideoq; & hoc dictum clarum, lucidū & pregnans pro purgatorio, quare & merito Hesus hanc picardicā hæresim decidere pateretur, quum met ipse Lutherus eam primo damnarit, se scire dicens purgatorium esse. Et quum Luthero tantum tribuatis ubi est contra ecclesiam, quare & in hoc ei non creditis, hoc solum uestra mala uoluntas efficit, quia nihil boni acceptatis, & malum undiq; colligitis.

BENEDICTVS BVRGOVVER PAR
rochus ad sanctum Gallum. Vndecimus arguēs.

EGo quum sancto Paulo opto ut nobis aperiat hostiū uerbor; suor; ad nunciandū misterium Christi, & nobis loquentibus spiritū dei, sicut ipse Philippū eunucho adduxit, & apperiat nobis scripturas in uero intellectu, Amen. Sicut quinta cōclusio eruditi & docti dñi mei doctoris Eckij sonat.

Gg